



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris  
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

**Thomas <von Kempen>**

**Dvací, 1625**

Contra nocturna colloquia. XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-45790)

est & suspectum. Nam talia inanem faciunt hominem, & sancti propositi immemorem, & ad quietis & cellæ custodiam pigrū, & ad diuina cogitanda cæcum & insipidum. Rare enim edificatio nascitur spiritualis hinc inde vagè cōferentibus. Absq; certa speciali q; tractādi materia, longa colloquia non expediunt: & his præcipue temporalibus, quibus Deo familiarius vacandum esset. Nam summopere manè & vespere, ab omnibus humanis astibus & colloquiis cessandum est; quia hæ sunt horæ deuotionis, reparationis, emendationis, & propositionis. Et quia ista tempora negligenter ducunt, timendum satis, quod per totum diem distractiores erunt, pluraque offendicula incurrent. Sacra rigitur illorū institutio religiosorum, qui arctiori silentio, post horam completorii usque post primas insistunt, potissimum consideranda esset & imitanda.

Incōmoda  
ex prolixa  
locutione.

11. *Contra nocturna colloquia.*

**N**on est bona quorumdā consuetudo, sed execranda noctem sacram turbandi fabulis, quæ electa est & deputata tantum cælestibus disciplinis. Nisi enim præcaueatur vespertina seu nocturna inutilis fabulatio, sequitur multoties de manè longa dormitatio, & alia disconuenientia in reliquis Dei operibus: quia secundum quendam sapientem, Vno inconuenienti dato, sequuntur plurima. Et est deffenda vtique transgressio, digneq; Aristote-  
punienda, diem videlicet laboribus & distractionibus deduce-  
re, & aduerserante sole his deteriora audere; nec lapsus diei cursum per restantia quietis tempora aliquatenus rueocare. In-  
congruum omnino videtur, vt aliis deuotioni & quieti deditis, alij pascantur infelibus fabulis; vnde sibiipsis graue cōscien-  
tiā, reliquis autē scandali occasionē, aut aliud puritatis impe-  
dimentum contra Deum & proximum peccantes acquirant.

Aristote-  
les.

12. *Experimentum mala conscientia arguit talia colloquia.*

**C**onfessi sunt quidam experientia instructi, parvam se gra-  
tiam, tristitia verò magnā, ex nocturnis contraxisse collo-  
quiis. Quia si bona multa interfuerant, atq; prima intentio pu-  
ra visa est, mala tamen arctius premebat, quæ qualicumq; oc-  
casione non defuerunt. Nam hoc multoties accidit, vt aliquid indecens, seu seculare, aut detractorum verbū, dicatur aut au-  
diatur, quod non faciliter à corde recedat, & ex illo plus insi-  
ciatur auditor, vel grauius mordeatur postea, qui dixit, quam  
de omnibus aliis sanè & acceptabiliter retractatis emendetur.  
Cum enim homines valde fragiles simus, parvum & leue est,  
vnde non parum sæpe lædimur aut inficiimur.

Itemperi-  
ua collo-  
quia con-  
scientiam  
onerant.

